sertim cum & de omni Auctoris instituto, nec non etiam virtutibus ejus ac vitiis, sat prolixe egerit laudatus Reineccius, cum in citata ipsius *Vitæ expositione*, quam nos sub finem operis locavimus, tum mox hîc sequente Proœmio, ipsius *Francofurtensi* à *VVecheliis* exhibito *l* exemplari præfixis. Quod quidem, licet quamplurimis locis mancum & obscurum, in omnibus tamen religiose adeo secuti sumus, ut nullibi ferme ab eo recesserimus, nisi in ipso Operis titulo, in quo OCTO jam libros, ex ipsius Auctoris, ut videtur, mente, collibitum est ponere; & sub initium primi libri, ubi cum lacunam aliquam statuerat inter hæc Scriptoris verba: *Victor rediit*; &, *Glomazi est fons*, &c. ex præcellentissimi *Meibomii* indicina, *m* paucula hæc, quæ MStum exemplar ipsi suggessit, inseruimus; *n* *Sed qualiter pagus iste nomine hoc signetur, edicam.* Sic enim nihil amplius deesse monens, adhæc in *VValbeccensi Chronico*, anno hujus seculi XIX è variis monumentis hinc inde congesto, quo una Ditmari nostri stirpem commodissime tradit, in eodem illo edito Reineccia- no exemplo, *o* quendam illius fratrem *Theodoricum* nomine (docente id eum ex Auctoris autographo celeberrimo Historico *Petro Albino*) in his verbis: *Quod meus frater cũ satellitibus*, exscriptoris incuria omissum, atque sic restituendum præcipit: *p Quod meus frater Theodoricus cum satellitibus;* Vt quam maxime optandum

l An. 1580.

m Notis ad Witichind. pag. 56.

n Pag. 1. lin. 8.

o pag. 11, lin. 20. edit primæ, huius pag. 8. lin. 9.

p Chronic. Walbec. pag. 30.